

¶ Ad capitis dolorem ex ictu, vel casu, Apollonii.

Rosaceo acetóque tepefactis caput perfunditur. *Aliud.* Rosis siccis, maxime
 quidem coctis: sin minus, maceratis in passo, aut mulsâ, lætibus caput obducit-
 to. *Aliud.* Meliloto confimiliter parato vitior. *Aliud.* Myrri albis folijs teneris,
 cum vino & myrrha detrita, obducito. *Aliud.* Irino vngueto & aceto oblinito.
Aliud. Absinthium læue cū vino & myrrha in puluere redacta, applicato. *Aliud.*
 Pulegio læui cum vino similiter vitior. *Aliud.* Pulegio & myrrha detritis, simi-
 li modo vitior. *Aliud.* Apij coma cum vino cocta, læuis admouetur. *Aliud.* Ma-
 la cotonea cocta ex vino admoueto. Conueniet etiã fetus per spongiâ aqua
 calête imbutas, & hapli mollium lanarum, aceto & rosaceo madefacti. Preter
 ea quies, corporis recreatio, subtractio cibi, euacuatio, noxiõrũ abstinẽtia. Hęc
 autem sunt sol, lauacrum, vini potus, clamor, distentio, & inter ea quæ in cibo
 offeruntur acida, acria, & salsa. Hęc sanẽ Apollonius tradidit de capitis dolo-
 ribus, qui ex manifestis ictibus oriuntur. Nosse autem etiam nos oportet quos-
 modi dispositionem non aliam esse quã inflammationem, que non solum ex ictu
 aut ruina: sed etiam sine causa manifesta in omnibus corporis particulis, ex hu-
 morum influxu creari solet. Si igitur ictus vulneris aut contusionis causa fue-
 rit, scopi plures erunt remediorum inuẽtionis. Vnus sanẽ qui propter vulnus
 existit, cuius causa glutinantibus medicamentis & inflammationem arcẽtibus
 vti conuenit, oris vlceris fibula prius commissis. Secundus qui ob contusionẽ,
 & tertius qui dolorum causa adhibetur, qui aliquando sanẽ in ipsis solis ictis
 particulis oboriuntur, plerumque verò etiam continuis transmittuntur. Nam
 membrana caluarię circumdata, quam Gręci vocant *membrana caluarię*, & cutis huic ex-
 trinfecuse porrecta, continuam vtraque peculiarem substantiam obtinens, ad
 totum expansã est caput, & huius ratione fit sæpe vt ipsum doceat: præsertim
 si ictus ad membranã ossi circumdatã vsque pertingat. quem membrana
 pericranio dictã, diuisã rasãque curare oportet, ratione qua caro committitur.
 Quod si aliquid inflammationis pericranij communionẽ, quam per futuras cū
 dura cerebri membrana habet, etiam intra caluariã transmissã fuerit, eius-
 modi capitis dolor periculo non vacat. Cæterum non raro accidit in ruinis ex
 alto aliquam cerebri aut membranarum particulã abrumpi, quod vbi con-
 tingerit, adhuc magis capitis dolor vehementior euadit, & dispositio toea cura-
 tu difficilior, & periculum præsentius & vehementius. Optimum igitur in
 his, nisi ætas prohibeat, & vis vitalis imbecillis appareat, curationis inĩtiũ a san-
 guinis dimissione moliri, & congruis superfusionibus in capite vti, lanas oleo
 dulci madidas ipsi circumponentes. At si prohibeamur propter horũ aliquid,
 aut ætatem, aut virium imbecillitatem, aut etiam propter vtraque, sanguinis
 detractionem tentare, clystere ventrẽ euacuabimus, & ipsiusmet gratia, vt hu-
 ius excrementa euacuetur: multo autem magis reuulsionis gratia, quod humo-
 res ad affectas partes soleã deferri. Mox auxilijs vtetur ad inflammationem
 inscriptis, sin autem membrana fuerit conuulserata, probẽ hanc congluĩnat,
 vt ait Archigenes, calaminthę succus instillatus, & farina miliaris arida insper-
 sa: deinde butyrum, rosaceum, adeps suilla salis expers, vetusta, mixta & te-
 pida superfusa. Abstinerẽ tales oportet a vino, & cibis plenioribus, præsertim
 si febricitent. Comprehensã sanẽ vacationem consulit quidem & Apollo:

g. p. v. m. m. m. m. m.

Sanguinis missio

Clyster

Membrana Caluarie glutinosa

Probat ratio

nus, qualem verò hanc fieri conueniat, non indicauit: acetum tamen rosaceo
 miscere iubet, quemadmodum in phreniticis & lethargicis per initia affectuū
 plerique medici vti consueverunt. Neglexit autem non rectè etiam mensurā
 vtriusque indicare, empiricorum simili transgressu vsus, non dogmaticorum
 5 indicatione. Etenim dispositio nobis præsidia subindicat: mensuram verò
vnus cuiusque & particularem in materijs differentiam suggerit pars affecta,
ægotantis temperamentum, & præterea vis vitalis: deinde ætas, circumflui
acris temperies, aliàs alia apparsens, ratione locorum, anni temporum, & præ-
nascentis anni status. Quum igitur in phreniticis omnia quæ intra caluariam
 10 habentur, & iuxta cutem, & iuxta membranam caluaria obductam ab affe-
 ctu sint immunia, decenter miscuerunt acetum primi illi medicamenti com-
 positores, illa ratione persuasi quam in commentarijs de compositione me-
 dicamentorum plenius recensui, quum dicerem dispositionibus in alto corpore
 15 oboriētibus adhibenda esse medicamina dispositionum per summa in-
 festantiū, quippe omnium ipsorum virtus dissoluitur, dum in altum permeant:
 eoque nonnunquam proprijs affectus præsidijs miscemus medicamenta facul-
 tatis & contrariæ & nociuæ, etenim inflammationis dolorificæ aduersissimum
 est remedijs acetum admisceri, vt quod neque mitigatorium quippiam, neque
 laxatorium habeat, sed quum per sinciput, non enim per aliam quandam cas-
 20 pitis partem, medicamenti vim intro peruenire voluerimus, admiscere aliquid
 eorum quæ ex sua ipsorum natura auxiliantur, & ad penitiora hoc deducāt,
 cogimur, inuenientes tenuem quandam substantiam, interim frigidam, vt
 acetum, interim calidam, vt euphorbium: inspicietesq; dispositionem quæ cu-
 25 ratur, calefacientibusne indigeat, an refrigerantibus. Hac igitur ratione si ro-
 faceum ipsi crassæ membranæ nudæ admoueat, vt in ijs quibus aliquid ex
 osse capitis excinditur, accidit, solum ipsum applicamus modice tepidū, quū
 verò per capitis partē, qua sinciput est, caluaria manente incolūm, rosaceum
 volumus vcluti ducere ad membranam, ita vt ea non denudetur, acetum ipsi
 miscemus: quod illud deducet, cuius rursūm vehementia virtutis permean-
 30 do & rosacei mistura dissoluitur. Itaq; Apollonius peccauit, qui indistinctè ace-
 tum rosaceo miscere iusserit. nam cutis capitis aut post ipsam pericranij mē-
 branæ inflammationes quæ citra validum quidem dolorem oboriūtur, possent
 vtiq; iuuari mixto aceti momento rosaceo: offendunt autem quum & ipsæ
 35 magnæ fuerint, & dolorem vehementem inferunt. Iam verò deliquit Apol-
 lonius etiam quòd vtendi tempus singulis ab eo conscriptis remedijs non ap-
 posuerit. Nonnulla enim incipientium & quæ generantur adhuc inflamma-
 tionum sunt præsidia: quædam etiā vigentium, aut declinantium, aut in scir-
 rhum occalescentium. Rosaceum igitur cum aceto incipientium, vigentium
 autem solum rosaceum, sicut in scirrhum occalescentium, in quibus absin-
 40 thium & pulegium admiscemus: ita quæ citra scirrhū generationem declināt,
 laxantibus indigent medicamentis. Cæterum comprehensa est ipsorum tum
 materia, tum compositio superioribus commentarijs, priuquam huc perueni-
 retur, vbi docetur etiam locos affectos non parum vnā cum affectibus præsi-
 45 diorum inuentionem indicare. Quatuor igitur dispositiones quum Apollo-
 nius scripserit capitis dolorum efficaces, quæ fiūt ex causis manifestis: deinde

*Affectus vna dicitur Indiciat huc
 quæ ex vna mensura, vna dicitur
 sed hinc magis.*

Acetum

*Acetum
 Euphorbium*

*Remedijs vna dicitur hinc quæ
 inspiciantur
 Inspectio hinc facta hinc vna dicitur*

quòd ad eas sit transgressus quæ ab obscuris procreantur, bona quis ratione ipsum accusauerit: nò quòd à dogmatica disciplina discesserit, sed quòd ne empirica quidem vsus sit. Nam & illi distinguunt affectus, syndromis ab ipsis appellatis, quæ accidentium sunt collectiones omnibus euidenter apparentium. In quibus syndromis etiam primitiuas causas, seu totius syndromes particulas ipsi comprehendunt. sed nullam eiusmodi collectionem accidentium & signorum Apollonius conscripsit, vt discemus, si & his viri vrbis animum diligenter aduertamus.

¶ *Continua superiori oratio Apollonii ad temporum dolores, & totius capitis, citra manifestam causam abortos.*

.. Mendefio vnguento caput inungito. *Aliud.* Adipem anserinum mendefio
 .. vnguento subactum illinito. *Aliud.* Myrrham vino quàm optimo tritam ad pti
 .. sanæ cremoris spissitudinem inungito. *Aliud.* Myrrham vnguento pretiosiffi-
 .. mo pertritam similiter adhibeto. In pueris autem incipite laborantibus, myrr-
 .. tha cum oleo trita vitior. *Aliud.* Viticis semen tritum, & in aqua subactum ap-
 .. plicato, vel in linteolum illitum imponito. *Aliud.* Loliaceam farinam cum ad-
 .. pe anserino vnà leuigatam admoueto, a dipe prius liquata. *Aliud.* Portulacam
 .. per se & cum lini semine tritam imponito. *Aliud.* Oleæ folijs terrimis contri-
 .. tis oleum nigrumq; vinū affundito & applicato. *Aliud.* Cinerem, si habes, ace-
 .. to subactam aut aqua, capiti superfundito. *Aliud.* Solanum & tetram fictilem
 .. tritam leuem applicato. *Aliud.* Halicacabi semine trito cum adipe anserino aut
 .. vnguento balanino vitior. *Aliud.* Folia lentisci trita in aqua applicato. *Aliud.*
 .. Blito trito cum oleo subactum vitior. *Aliud.* Ricini semen tritum ex aqua, ap-
 .. plicato. *Aliud.* Corjandri semen & anethi læuigatū mellique mixtum applica-
 .. to. *Aliud.* Melanthium tritum & oleo subactum, applicato. *Aliud.* Cuminum
 .. & adipem anserinum læuigatum imponito. *Aliud.* Meconij fabæ instar ægypti-
 .. æ, & salis partes duas, pulegij partem vnā tritam ex aceto, & vnguento quò
 .. præstantissimo illinito. Conueniret autem cibo subtrahere, ventrem inanire,
 .. caput tegere, præterea conuiescere, & omnem vitare motum. Quòd igitur
 Apollonius in distinctè, vt dixi, in capitis doloribus sine causa manifesta obor-
 tis remedia conscribens, duplici modo peccauit, qui neque vt dogmaticus vir
 dispositiones protulerit, neque vt empiricus syndromas, ex ipsiusmet verbis
 didicimus. quòd verò & medicamentorum vires non patum inter se differunt,
 licet condiscere, si totas ipsorum vires perlegas. Etenim primum ab eo scriptū,
 simplicis est facultatis, laxantis, quippe talis habetur medefij vnguenti virtus.
 Habet autem vim intensam, secundum, in quo miscetur mendefio vnguento
 anserinus adeps. Tertium propter myrrham siccat & calefacit, vini ratione
 astringit, in quibus superfluum humiditatem repellere simul & discutere nos-
 bis propositum est vile. Nouimus autem myrrhæ odorem plurimis sanis capi-
 tis dolorem conciliare, quate eos ipsos capite dolentes non parum offendit.
 Eiusdem facultatis est cum hoc præsidio, & tertium & quartū, quantum ve-
 rò non prope ad horum vim accedit, quum ipse cataplasma composuerit ex
 aqua & viticis semine, non solum inferius multo ijs quæ ex myrrhā paratur,
 vtriusq; facultatibus, calefaciendi & siccandi, sed etiam contrarium efficere idos-
 neum, ijs qui ex frigore caput dolent. Quod post hoc scriptum est, ex loliacia

*Myrrha ut omni odor
 capitis dolores mitigat.*